

**AN POSSESSIO QVOQVE SEQVESTRI COMMITTAT.** **LXXI**

tat CVIACIVS<sup>f</sup>) quidem, in dubio dicendum esse, dimissam esse possessionem, quem sequutus est LUDOVICVS CHARONDAS<sup>g</sup>), et HENRICVS RAHNEN<sup>h</sup>). Contra vero possessionem dimissam non esse, nisi hoc inter partes actum esse adpareat, ut dimittatur, sustinet FRANCISCVS DVARENVS<sup>i</sup>), cui adsentient ANTONIVS SCHVLTING<sup>j</sup>), GERARDVS NOODT<sup>m</sup>), IOANNES CORASIVS<sup>n</sup>), ANDREAS CLVDIUS<sup>o</sup>), multique alii, et id puto verius esse. Alia ratione distinguit MARQVARDVS FREHERVS<sup>p</sup>), vtrum in petitorio iudicio partes de ipsa proprietate experiri velint, an in possessorio tantum de possessione. Si prius est, putat, omissam esse per sequestrationem, non vero, si posterius. Alii simpliciter negant, in sequestratione dimitti possessionem, quod fecit PETRVS GRANGIANVS<sup>q</sup>), sicuti contraria ratione alii simpliciter adfirmant, quod SAMVELI DE COCEII<sup>r</sup>) placuisse video, vt omittam aliorum nomina.

**§. XVIII.**

**AN, ET QVOMODO A SEQVESTRATIONE DIFFERAT  
ARRESTVM?**

BREVITER et ultimo loco tangere placet et hoc, quod multi quaesuerunt, an interdictum, quod arrestum solent vocare, barbaro

f) ad Lib. 2. PAVLLI ad Edic<sup>t</sup>. ibique i) Lib. 3. de sacrae eccles. ministr. cap. 10.

ad c. 6. D. depositi. add. Recit. ad Tit. l) locum modo indicaui lit. d.

C. de adquirend. et retinend. possess. m) in Comment. ad Dig. Tit. depositi.  
in init. n) loco sub lit. e. laudato n. 14. sqq.

g) Lib. 1. περὶ αγῶνος Verisimil. c. 6. o) vbi saepius c. 9. n. 25. sqq.

n. 3. in Thesauro OTTON. T. 1. p. p) loco, quem dixi lit. d.

200. q) locum indicaui lit. e.

r) in iure ciu. controv. Tit. depositi.

b) vbi saepe, posit. 9. n. 3. quaeſt. 19.